

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1007

**Auteur(s) :** Gilbert de Tillières, Creully (seigneur)

**Bénéficiaire(s) :** Pierre de Tilly [particulier]

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1219, mai

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Gilbert de Tillières, seigneur de Creully, donne et garantit à Pierre de Tilly et à ses héritiers certaines pièces de terre, sises à Mathieu, moyennant hommage et service.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesie Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CCXVII, t. 1, p. 264-265.

Texte établi d'après a

Noscant præsentes et futuri quod ego Gillebertus de Tilleriis, dominus de Croleio, dedi Petro de Teilleio, pro servicio et hommagio suo, in parrochia de Maton, hanc terram et hunc redditum subscriptum : videlicet, quinque acras terræ in Corta Cultura, inter monachos de Barberio et Willelmum Paganum (?); et tres acras in via Longæ Reæ, inter Petrum Ferra..., et feodum ad Boscains; et unam acram et dimidiam in via de Periers, ad Gansel, inter Radulfum de Campis et Philippum de Periers; et unam acram et dimidiam in capite virgulti Radulfi Revel; et unam acram et dimidiam in via de Periers, inter Gaufridum Fabrum et Philippum de Periers; et quinque virgatas in eadem via, inter feodum Baudri et Henricum filium Helyæ; et dimidiam acram juxta domum Cacherat; super montem de Plumetot, unam virgatum et dimidiam juxta feodum Willelmi Pagani (?); et Ricardum Capud Villæ, cum una acra terræ quam tenet in duabus masuris, juxta masuram Rufforum : unde reddit annuatim duos sextarios frumenti, ad mensuram de Maton, et duas gallinas, viginti ova; et Ricardum Berengarii, cum novem virgatis terræ, quas tenet : unde reddit annuatim quatuor sextarios et tres quartarios frumenti, duas gallinas, viginti ova; et Henricum, filium Helyæ, cum vavassoria sua, et cum tenemento quod deservit per triginta acras, unde facit annuatim servicium equi, et sex capones, sex panes Turonenses, et centum viginti ova; et idem reddit, ex alia parte pro una virgata terræ quæ est in masura, duas gallinas, duos panes, viginti ova. Omnia autem supradicta dedi eidem Petro tenenda sibi et hæredibus suis, jure hæreditario, de me et hæredibus meis, libere et quiete de omnibus ad me et ad hæredes meos pertinentibus, reddendo inde annuatim michi et hæredibus meis, de eodem Petro et hæredibus suis, duodecim denarios Turonenses, in festo sancti Michaelis. Et ego et hæredes mei præfato Petro et hæredibus suis omnem prædictam terram, et omnem prædictum redditum, contra omnes tenemur garantizare. Quod ut ratum habeatur, præsentem cartam sigillo meo confirmavi. Actum anno gratiæ millesimo ducentesimo nonodecimo, mense maio.